

Zd  
4430





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-251648-p0002-8

DFG

QK 311

v. Promnitz

CARMEN

Z d  
4430

Heroicum in sacro Nuptiali, ue-

RE HEROICI VIRI, GENEROSI, NO-  
bilitateq; præstantis, Domini STANISLAI A PROMNITZ,  
Domini in Ples, Sora & Tribula etc. sponsi, accastissi-  
mae uirginis, Dominæ ANNÆ A REDERN, sponsæ, filiæ  
generosi Domini, animi nobilitate, sapientia & virtute  
excellentis, D. FRIDERICI A REDERN, Domini &  
liberi Baronis in Fridland & Seidenberg,  
Cæsaris & Romani Regis con-  
siliarij etc. scriptum.

à

M. IACOBO MILICHO  
Iuniore Falcoburgensi.

VITEBERGAE

EXCVDEBAT LAURENTIVS  
SCHVVENCK.

M. D. LXIII.

Praudentissimo & opt. Vino,  
Francis, indej. Sorauius,  
mino, amio. holbiti & pa

K3n. 2.



# Epithalamion.

CAdmus Agenorides, Thebani sanguinis autor,  
Qui serrata feri, mandauit, semina Monstri  
Telluri, quis progenies enata virorum,  
Ille suas quondam tedas, dulcesq; Hymenæos  
Concelebrans, diuas Musarum & Apollinis odas  
Audijt, Harmoniæ dextram dum prensat eburnam.  
Cum ruit auricomæ Peleus in brachia Nymphæ,  
Quæ celebri Tethidos se nomine læta ferebat,  
Fama fuit, Diuum, numero so syrmate, pompam  
Accinuisse nouo, & sua dona tulisse, marito:  
Ac, malesuada etiam lætis, sua munera, Diuis  
Sparsit Eris: quo mel condiret felle: vetusti  
Sic fingunt vates: Sed nos, qui nomina CHRISTO  
Æterno dedimus Gnatopatris, illa sinamus  
Quæ veteres vano finixerunt ore Poetæ,  
Nescia turba Dei, mendacia fingere gnara.  
Nos meliora damus, dedimus qui nomina CHRISTO,  
Ergo non Musas, non Numinæ ficta Deorum,  
Non liuentem Eriden, pomum aut fatale, canemus,  
Coniugium sacrum sacro celebrabimus ore,  
Cuius es ipse Deus primus sancitor & autor,  
Cuius es ipse Deus fautor fotorq; benignus,  
Qui uenis ad iustas tedas, Tu pronubus ipse  
Et Paranymphus ades, cùm castas iungere dextras

A ij

Dest inat

Destinat, alme Pater, binos, tua diua voluntas.  
Nec tu solus ades, Pater, incomitatus, & adjunt  
Ipse tua de Mente satus, Genitoris alumnus  
Æterni æternus, simul & de pectore bino  
Spiritus æternus procedens, Nexus amoris,  
Desuper aduentat, casto & connectit amore  
Binos, legitimis qui iungunt pectora vinclis.  
Adde quod aligeris turmis, Diuumq; ministris  
Cælitibus, curæ est præsentibus esse, sacrati  
Quando celebrantur nexus tedæq; iugales,  
Circum, mille uolant, sponsum sponsamq; salutant,  
Et sua uota ferunt, ac viuum Numen adorant  
Artificis tanti, quo fonte bona omnia manant,  
Attoniti mirantur opus, gentemq; creatam  
Suspiciunt, cui MENStantillo in corpore Tanta  
Infusa, balantis diuino è pectore Patris.  
Hæc, illi nequeunt mentem exaturare, tuendo,  
Turba, Deo serua, & nobis mortalibus ægris.  
Hi sunt qui nostris facibus dignantur adesse,  
Mens æterna Deus, Lux nulli peruia uiuo,  
Angelicusq; chorus, nulli numerabilis ordo.  
Insuper ipse Pater, qui castum sanxit amorem,  
Sistere dignatur se ad tua brachia, Sponsa,  
Ipse tuam dextram comprehendit, pronubus ipse,  
Ut sacer Antistes, te copulat ecce marito.  
Lumina quid vertis? præsens homo quippe Sacerdos,

Qui uos

Qui uos connectit : sed & astat CONDITOR ORBIS,  
Qui uos ipse ligat sacri per uerba Ministri.  
Et uelut ante aram fit supplex Sponsa marito,  
Genua labans , sponsiq; fauorem cernua poscens ,  
Sic pro coniugibus castis, tu, CHRISTE, precaris.  
Æternum patrem, tu æternus, CHRISTE, Sacerdos,  
Sic tibi fit supplex tua cara, ECCLESIA, Sponsa,  
Illa tuum poscit tua Sponsa, ô CHRISTE fauorem,  
Illa quidem haud proprijs meritis , sed munere solo  
Freta tuo, fuso proprio qui sanguine, sponsam  
Assertam socias, ut sit tibi cara marita,  
Æternis nodis iuncta æternoq; fauore.  
Hæc meditor, tua dum sponsalia sacra parantur,  
STANISLAE, vir ô præstans, qui stemmate claro  
Ipse genus ducis, qui nobilitatis honorem  
Nobilitate animi geminas, Heroas & inter  
Non postremus eris, qui non insignia tantum  
Otentare potes maiorum, & gesta priorum,  
Sed propria potius temet uirtute fideq;  
Comm̄das: VIRTVS SVA QVENQVE EXTOLLIT ETORNAT.  
Quis dubitet, Stirps ô PROMNIZIA, gloria quanta  
Luceat in uestra gente, & quæ gesta virorum,  
Seu vicina potens Bellona, in rura ruebat ,  
Armorum horrisenos strepitus, lituosq; frequentans  
Seu Patriæ portus molli pax aurea uento  
Perflabat, semper stirps hæc PROMNIZIA præstans  
A iij Fulgebat

Fulgebat latè, ceu stella insignior amplos  
Diffundit radios fulgenti è uertice cœli,  
Seu nunc cœruleo splendescat lumine cœlum,  
Seu circùm extremo nebulæ se cardine voluant:  
Sic latè nomen laudesq; , & fama coruscat  
**PROMNIZIÆ** gentis, præclaraq; gesta virorum.  
Fama potens uiuit tua **BALDASAR**, omnibus horis,  
Quem clari **ELYSII** decorant & laudibus ornant,  
Iure equidem: quem non vñquam uirtutis egentem  
Delegere uiri, quorum censura probata est,  
Culmen habere potens, vt summus **EPISCOPVS** es̄es  
**PRÆSOLAI** celsis sub mænibus, Ergo etiamnum  
Quamuis defuncti uiuit tua fama decusq;.  
Hic etiam **SIGFRIDVS** eris memorandus, ô, inter  
Vir Mæcænates uel primus, non tibi tantum  
Conciliat decus, hoc, quòd te, **SORA**, præside floret,  
Quantū, quòd Musas coluisti, & honore **TRIVMPHAS**  
**PRÆCIPVO HOC**, tibi quem largitur Pieris alma.  
Quin & **MATTHÆV** gaudens cognomine **LONGA**  
Nobilis & præstans, nulli uirtute secundus,  
Non reticebitur h̄ic, quo **CASPARI** se patre iactat,  
Cui sacra imposta est venerando vertice mitra,  
Dignus is Antistes, prælustris **EPISCOPVS** ille.  
Quin memoro primū te **CASPARI** bellipotens vir,  
Præstantis genitor ô præstantissime Gnati,  
Ecce tuus splendescit honos hac luce: frequentant

Sacras

Sacratas ædes iuuenesq; senesq; nurusq;  
Ob Gnati pia sacra tui, cui dicitur vxor,  
Vxor qua vix est vsquam præstantior ylla,  
Seu sp̄ctes genus, & prælustris stemmata stirpis,  
Seu sp̄ctes animi dotes, pectusq; pudicum,  
Cuius in ore sedet Pitho Charitesq; Venasq;  
Namq; verecundus pudor huic faciemq; genasq;  
Purpureo tinxit coco, cœn si quis eburnam  
Sanguineo pingat crustam varietq; liquore.  
Cui pater est, PACIS cultor, FRIDERICVS, in oris,  
Pax diua, ille, tuis, BÆRØ prælustris, ELYSIS  
Numinis ille loco est, propter sua munera mentis,  
Quorum illi secunda seges, maturaq; messis  
Nisit, non, summus Regni caput ille MONARCHA  
FERDINANDVS, eum sic ad communia regni  
Munera mandaret promptum sua quæq; referre.  
Vtilis est multis QVIVIR BONVS, vtilis ergo  
Mille viris orbiq; vries FRIDERICICE, triumpha,  
Nam tales dotes summi MODERATOR Olympi  
Haud confert cunctis, sed eis qui pectore puro  
Æternum venerantur eum, cultuq; decorant,  
Quem vult ipse DEVVS, quem pagina sacra reuelat:  
Et qui non sibimet solis, sed & omnibus æque  
Enatos dulciq; frui se lumine credunt.  
Talis es, ô FRIDERICICE, tuus sic semper honos stet.  
Sed noua gaudia nunc præsens lux aggerat: ECCE

Prælustri

Zd 4430

Prælustri sponso tua filia iungitur **ANNA**,  
**ANNA** decus Chariton, sponso dulcissima **MANNA**,  
Quod faustum felixq; tibi sponsoq; suæq;  
RESSACRA CONIVGIVM EST: facer ergo in uota uocandus  
Ore **DEVS**: **DEVS** ô cui nostram condere gentem  
Cura erat, & nobis leges Jancire iugales,  
Adsis ô Pater & benedic pater optime binis  
Coniugibus, tuus hic quos iungit ritè Minister,  
Ipse liget binos æterni Nexus Amoris,  
Nexus, qui bino spirat de pectore diuo,  
Et Patris & Gnati: non sint hæc irrita vota,  
Ipse, **DEVS**, super his, non irrita verba, referto,  
Crescite felices, numerosa crescite prole,  
Quætrinos, vna Deitate, agnoscet in æuum.  
Dicat **AMEN** cunctus: Felix STANISLÆ uiuas,  
**ANNA** diu uiuas, claro cum coniuge: **DIXI**.

FINIS.



MU


**ULB Halle**  
004 976 371

3





# Farbkarte #13



B.I.G.

AK 311

a Promnitz

## CARMEN

Heroicum in sacro Nuptiali, ue-

RE HEROICI VIRI, GENEROSI, NO-  
bilitateq; præstantis, Domini STANISLAI A PROMNITZ,  
Domini in Ples, Sora & Tribula etc. sponsi, ac castissi-  
mæ uirginis, Dominae ANNÆ A REDERN, sponsæ, filiae  
generosi Domini, animi nobilitate, sapientia & virtute  
excellentis, D. FRIDERICI A REDERN, Domini &  
liberi Baronis in Fridland & Seidenberg,  
Cæsaris & Romani Regis con-  
siliarij etc. scriptum.



a

M. IACOBO MILICHIO  
Iuniore Falcoburgensi.

## VITEBERGAE

EXCVDEBAT LAURENTIVS  
SCHVVENCK.

M. D. LXIII

Pudentissimo & opt. Vino,  
Franco, nidiq; Soranensis  
vino, ambo. holl. C. pat.

